

gressio[n]is perversitatem; et propter hoc convenientius dicitur *delictorum* quam peccatorum.

Ad sextum dicendum, quod in hoc quod aliquis peccet, laudatur justitia, et laudatur peccans; et secundum hoc, ille qui peccantem arguit, ad duo potest attendere; scilicet ad laesionem iustitiae (sed hoc proprie est ejus cui commissa est custodia iustitiae, que est commune bonum, scilicet praeflati, qui est persona publica); et iterum ad laesio[n]em peccantis; et hoc est proprius ejus cui competit defectibus ejus subvenire. Et quia hoc est proprium amicitiae; quae, secundum Philosophum in 9 Ethic. (cap. 5), magis subvenire facit amico in dannis virtutum quam in dannis exteriorum rerum; ideo directe pertinet ad caritatem: unde quamvis correctio sit actus iustitiae, tamen corripio[n] est actus caritatis, sive misericordiae. Quia tamen bonum privatum debet ad bonum publicum ordinari sicut ad finem, ideo etiam corripiens ex caritate ad laesionem iustitiae aliquo modo resipicit; et secundum hoc intelligenda est Glossa in dictu[m].

ARTICULUS II.

Utrum quilibet ex praecepto ad correptionem fraternalm teneatur. — (2-2, qu. 53, art. 2, 5, 4.)

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod non quilibet ex praecepto ad correptionem fraternalm teneatur. Dicit enim Hieronymus (1) (in cap. 2, Malach.): *Sacerdotes studeant illud evangelicum implore: Si peccaverit in te frater tuus etc.* Ergo videtur quod soli sacerdotes ad hoc teneantur.

2. Praeterea, quicunque aliquem corripit, curam illius gerit. Sed soli praelati tenentur ex praecepto curam de subditis habere. Ergo soli ipsi teneantur ex praecepto ad corripiendum.

3. Praeterea, ad praecepta obligatur aliquis semper; ad consilia autem, non nisi in aliquo casu speciali. Sed ad corripiendum non obligatur aliquis nisi in casu necessitatibus; alias oportet hominem omnia negotia sua dimittere, et correptioni insistere, cum quotidie corripiendi occurrant. Ergo correptione fraternali non cadit sub praecepto, sed sub consilio.

4. Praeterea, homo propter votum religionis non absolvitur a praeceptis Dei. Si ergo homo quilibet ex praecepto teneatur fratrem corripere, videtur quod religiosi deberent de claustru suo exire ad corripiendum saeculares delinquentes; quod falsum est, quia si religione observantia periret.

5. Praeterea, homo non debet excitare sibi odium proximi; quin Gregorius dicit (8 Moral., cap. 24): *Non est timendum ne is qui arguit contumelias inferat; sed timendum ne tractus ad odium detror fiat.* Sed frequenter ex correptione odium generatur, quia veritas odium parit. Ergo non teneatur homo ad corripiendum.

6. Praeterea, ibi debet homo corripere ubi habet arbitrium; (2) sicut dicit Glossa (Hieronymi 18), super illud: *Si peccaverit in te etc.: Si enim in*

Deum peccavit, non est nostri arbitrii. Cum ergo omne peccatum sit in Deum, non possumus de peccato corripere.

Sed contra, super illud Matth. 18: *Si peccaverit in te etc.*, dicit Glossa: *Ita peccat qui fratrem suum peccare videt, et tacet, sicut qui poenitenti non indulget.* Sed ad indulgendum peccanti omnes ex praecepto caritatis tenentur. Ergo et ad corripiendum delinquentes.

Praeterea, eleemosynae spirituales sunt magis necessariae quam corporales. Sed eleemosyna corporalis est sub praecepto; ut supra, dist. 18, qu. 1, art. 1, questione 4, dictum est. Ergo et correptione peccantium, cum sit spiritualis eleemosyna, ut ibi dictum est.

QUAESTIUNCULA II.

Ulterius. 1. Videtur quod peccator corripiens non peccet. 1 Joan. 4, 8: *Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsis seducimus.* Si ergo peccator non est corripiere, nullus poterit alterum corripiere.

2. Praeterea, nullus propter peccatum excusat ab observatione praecepti. Ergo peccator tenetur ad corripiendum, cum sit in praecepto; et si non corripiat, peccat. Si ergo peccando corriperet, esset perplexus; quod est inconveniens.

3. Praeterea, eleemosyna corporalis est minus necessaria quam spiritualis. Sed peccator dans eleemosynam corporalem, non peccat. Ergo nec corripiendo; cum correptione sit spiritualis eleemosyna, ut dictum est.

4. Praeterea, magis est docere sacram Scripturam quam aliquem singulariter admonere; quia hoc cuiuslibet est, sed non illud. Sed, ut quidam dicunt, docente sacram Scripturam non peccat, quamvis in peccato existat. Ergo multo minus corripiens ex caritate fratrem, peccat, quamvis ipse in peccato existat.

5. Sed contra, quicunque aliquem corripit, quodammodo ipsum judicat. Sed qui judicat in altero quod commisit, seipsum condemnat, ut patet Rom. 2. Ergo peccator corripiendo alterum peccat.

6. Praeterea, Philosophus dicit in 10 Ethic. (cap. 1), quod sermones qui sunt de moribus, cum dissonant his quae videntur secundum sensum in eo qui eos dicit, contemnuntur, et veritatem interrumpunt. Sed in peccatore qui corripit alterum de peccato, in quaе videntur de ipso ad sensum, dissonant sermonibus. Ergo intermit, in quantum in se est, veritatem. Sed hoc est peccatum. Ergo talis corripiendo peccat.

QUAESTIUNCULA III.

Ulterius. 1. Videtur quod aliquis non tenetur corripiere praelatum suum. Galat. 2, super illud: *In faciem ejus restitit*, dicit Glossa, *tamquam par.* Ergo si par non fuisset, non potuisset eum corripare; et ita videtur quod fraterna correptione non se extendat ad praelatos.

2. Praeterea, Dionysius in epistolis suis (epist. 8 ad Demophil.), arguit Demophilum monachum de hoc quod sacerdotem corriperat, quia erat eo superior. Ergo fraternali correptione non se extendat ad superiores.

3. Praeterea, 2 Regum 6, Oza legitur percus-

sus a Domino, quia arcam tetigit. Sed per arcam significatur praelatus, per Ozam subditus. Ergo subditus corripiendo praelatum.

4. Praeterea, Gregorius dicit in Pastorali (part. 5, admon. 3): *Admonendi sunt subdit[us], ne praeceptorum suorum vitam temere judicent, si quid eos fortasse agere reprehensibile vident.* Ergo videtur quod sit temeritatis praelatum arguere delinquentem.

5. Praeterea, Gregorius dicit (1) (de Pastorali cura, part. 4, cap. 2): *Sanctorum vitam corrigeremus non presumat, nisi de se meliora sentiat.* Sed hoc videtur esse praesumptuosum quod homo de se sentiat meliora quam de praelato suo. Ergo non sunt corripiendi.

Sed contra, correptione fraternali, cum sit spiritualis eleemosyna, opus misericordiae est. Sed misericordia maxime praelato debetur, qui in maximo periculo constitutus est; unde Augustinus dicit in regula: *Non solum autem vestri, sed etiam ipsius, scilicet praelati, misericordia, qui inter vos quanto in loco superiori, tanto in periculo majori versatur.* Ergo correptione fraternali se extendit etiam ad praelatos.

Praeterea, Eccl. 17, 12, dicitur, quia *Deus mandavit unicus de proximo suo.* Sed praelatus noster proximus est. Ergo cum corripiere debemus si delinqunt.

Solutio I. Respondeo dicendum ad primam questionem, quod per legis divinae praecepta homines sufficienter in hac vita ordinantur. Sicut autem in exercitu, ut Philosophus dicit in 11 Metaph. (text. com. 32), est duplex ordo; unus quo totus exercitus ad ducentum ordinatur; alius quo singuli de exercitu ordinantur ad invicem: ita et in conversatione hujus vitae, omnium qui in aliqua communitate congregantur, est duplex ordo; unus ad praelatum, alius singulorum ad invicem. Unde uterque ordo debet praecepto divinae legis instituti. Ordo autem praelati ad subditum consistit in hoc ut omnes subditus ad bonum commune, quod praelatus intendere debet, intendant, et quod praelatus eos ad hunc dirigat. Ordo autem singulorum ad invicem est ut unusquisque alteri auxilium praebeat ad bonum suum consequendum; unde sicut praelatis ex praecepto incumbit ut subditorum curam gerant, et subditus ut praelatis obdient; ita et coaequilibus ad invicem, ut sibi invicem auxilium ferant non solum in corporalibus, sed etiam in spiritualibus magis; et ideo cum maximum auxilium homini per correptionem in spiritualibus adhibeat, praeceptum divinae legis ad hoc se extendere debet.

Ad primum ergo dicendum, quod Hieronymus (Origenes) loquitur de correptione cui adjungit corripectio, quod patet ex hoc quod subjungit: *Quae est enim misericordia parcer uni, et omnes in discrimen adducere?* et talis correptione solum praelatis competit.

Ad secundum dicendum, quod curam alieus aliquis simpliciter habere potest, et secundum quid. Simpliciter quidem curam alieus habet, cuius dispositioni totum regimen vitae ipsius subditus; quia providentia et cura respiciunt ordinem ad finem, ad quem homo per totam vitam suam inten-

dit; et sic curam alterius non habet aliquis nisi praelatus, qui habet propter hoc super subditum imperium. Sed secundum quid quantum ad aliquid; ut ad subveniendum in aliquo particulari casu, quilibet habet curam alterius; quia unicuique mandavit Deus de proximo suo; Eccl. 17, 12; et secundum Apostolum 1 Cor. 12, 12, *pro se invicem societia sunt membra.*

Ad tertium dicendum, quod etiam praecepta affirmativa non obligant ad semper, quamvis semper obligent; et ideo ad illud ad quod in aliquo casu implendum obligamur, et non in alio, non est consilium, sed praeceptum; quia consilium nunquam obligat, nisi per hoc quod in praeceptum transit ex aliquo accidens. Tempus autem ad quod obligat, est cum delinquens occurrit ipsi corripiens; et corripiens potest commode, et speratur emendatio, et non est alius cui ex officio incumbat corripiere; vel si ille cui incumbit, negligens appareat in corrigendo. Si enim non speraret emendatio, sed magis deterioratio propter impatientiam corrigendi, excusaretur a praecepto; similiter si praelatus diligens appareret ad corrigendum subditum suum.

Praeterea, Eccl. 17, 12, dicitur, quia *Deus mandavit unicus de proximo suo.* Sed praelatus noster proximus est. Ergo cum corripiere debemus si delinqunt.

Solutio II. Respondeo dicendum ad primam questionem, quod per legis divinae praecepta homines sufficienter in hac vita ordinantur. Sicut autem in exercitu, ut Philosophus dicit in 11 Metaph. (text. com. 32), est duplex ordo; unus quo totus exercitus ad ducentum ordinatur; alius quo singuli de exercitu ordinantur ad invicem: ita et in conversatione hujus vitae, omnium qui in aliqua communitate congregantur, est duplex ordo; unus ad praelatum, alius singulorum ad invicem. Unde uterque ordo debet praecepto divinae legis instituti. Ordo autem praelati ad subditum consistit in hoc ut omnes subditus ad bonum commune, quod praelatus intendere debet, intendant, et quod praelatus eos ad hunc dirigat. Ordo autem singulorum ad invicem est ut unusquisque alteri auxilium praebeat ad bonum suum consequendum; unde sicut praelatis ex praecepto incumbit ut subditorum curam gerant, et subditus ut praelatis obdient; ita et coaequilibus ad invicem, ut sibi invicem auxilium ferant non solum in corporalibus, sed etiam in spiritualibus magis; et ideo cum maximum auxilium homini per correptionem in spiritualibus adhibeat, praeceptum divinae legis ad hoc se extendere debet.

Ad quartum dicendum, quod quidam dicunt, quod monachus non debet exire claustrum ut corripiat delinquentes, quia vacat operi meliori, scilicet contemplationi. Sed hoc non videtur verum; quia etiam aliquis a contemplatione abstrahit, ut salutem proximorum subveniat. Et ideo dicendum, quod si monache opportunitas corripiendi advenire, ipse etiam corripiere tenetur; sed non tenetur quacunq[ue] delinquente exiens claustrum, aut ordinis sui statuta frangere, ne ipse in periculum incedat, a quo alium liberare tenetur.

Ad quintum dicendum, quod semper vitandum est ne ex correctione sequatur odium nostra culpa, scilicet ex indiscreta correptione. Si autem ad odium provoceret ex quo deberet ad dilectionem incitari, non est curandum, praecepit quando ejus peccatum in damnum aliorum vergit, vel etiam damnum sequens, vel peccatum ipsum est gravius odio quod in nos excitamus; vel quando speramus quod odium paulatim tepeset, et tandem correptione sequetur (1); quia, sicut dicit Chrysostomus (super 2 Epist. ad Tim., hom. 7), *melius est odium propter Deum quam amicitia quae est propter ipsum.* *Cum enim propter ipsum amamur, debitores Dei sumus; cum odio propter ipsum habemus, debitores eum nobis facimus.*

Ad sextum dicendum, quod Glossa intelligenda est, quando peccatur in Deum, id est solo Deo sciente; vel loquitur non quantum ad correptionem, sed quantum ad remissionem quae sequitur; quia illud quod est ex parte nostra, possumus remittere, sed non quod est ex parte Dei.

Solutio III. Ad secundum questionem dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod ille qui est in simili peccato, vel majori, non potest alium corripiere, sive illud notarium sit sive occulatum; propter hoc quod alterum judicamus, contra seipsum sententiam profert. Alii autem dicunt, quod si sit peccatum occulatum, absque peccato potest corripiere; non autem si sit notarium. Utrique autem opinio quantum ad aliquid vera est. Duplicitur enim aliquis corripiere potest. Uno modo ex officio, sicut praelati corripiunt; et sic

(1) Haec appendix apud Gregorium non occurrit (*Ex edit. P. Nicolai*).

(2) *Nicola*: Sed, sicut dicit etc. et mox si in Denm.

videtur prima opinio habere veritatem; quia quantumcumque aliquis indigne utitur officio suo, peccat; ille autem qui est in mortali peccato, etiam occulto, indigne utitur officio praelectionis; unde peccat corripiendo, vel quidquid aliud proprii officii exequatur. Alio modo aliquis corripit ex zelo caritatis, non ut Ecclesiae minister; et tunc in correptione non potest esse peccatum, nisi ratione scandalum, quod non consurgit nisi de peccato notorio; et secundum hoc secunda opinio habet veritatem. Unde sive praelatus, sive subditus etiam in peccato notorio existens, aliquem peccare viderit, potest eum admonere non per modum corripiens, sed per modum rogantis, ut exemplo suo non incitet ad malum.

Ad primum ergo dicendum, quod peccatum veniale non reddit aliquem indignum executione officii sacri, sicut peccatum mortale; nec ita natura est scandalizare, quia ab eis nullus inventur imminutus; et ideo existens in peccato veniali non peccat, etiam si de eodem corripiat, nisi probabilitate ex correptione scandalum sequi videatur: et de hoc peccato, scilicet veniali, loquitur auctoritas inducta.

Ad secundum dicendum, quod peccator non est perplexus; nec tamen absolvitur a praecepto corripiendi. Potest enim peccatum dimittere, vel officium resignare, aut etiam humiliter peccatum suum recognoscens alium admonere rogando; et tunc non peccat.

Ad tertium dicendum, quod in elemosyna corporali non inventur aliquis dissensus ad vitam, quia in peccato vivitur, sicut de correptione dictum est; et ideo peccator elemosynam dans, non scandalizat, sicut corripiendo scandalum generat.

Ad quartum dicendum, quod docere saecuram Scripturam duplicitate contingit. Uno modo ex officio praelectionis, sicut qui praedicant, doceant; non enim licet aitieui praedicare, nisi officium praelectionis habeat, vel ex auctoritate alieuius praelectionis habentis; Rom. 10, 15: *Quonodo praedicabunt, nisi mittantur?* Alio modo ex officio magisterii, sicut magistri Theologiae docent. Diuina ergo quidam, quod ille qui primo modo doceat, peccat mortaliter, si sit in peccato mortali notorio; non autem ille qui secundo modo doceat. Sed hoc est falsum; quia eorum qui docent saecuram Scripturam est idem finis et eorum qui saecuram Scripturam ediderunt; unde, cum ad hoc ordinetur Scripturam editio, ut ad vitam aeternam homo perveniat, ut patet Jean. 10; quicunque impedit finem doctrinae, dicens peccat. Impedit autem qui sacram Scripturam in peccato doceat, quia ore se profiteat nosse Deum, factis autem negat. Et dicendum, quod ille qui est in peccato notorio, peccat sive sic, sive sic doceat; sed ille qui est in peccato occulto, peccat si primo modo doceat, non autem si secundo.

Et quia aliae rationes videntur concludere quod nullo modo corripiere licet ei qui est in peccato; ideo dicendum ad quintum, quod ex hoc ipso quod aliquis alium corripiendo judicat, si in eodem peccato sit, seipsum condemnat, idest condemnabilem seipsum ostendit, non tamen novam causam damnationis superadjevit.

Ad sextum dicendum, quod ratio illa procedit de peccato manifesto.

SOLUO III. Ad tertiam quaestionem dicendum, quod quidam dicunt, quod correptione fraterna non

se extendit ad praelatos; tum quia non debet homo os ponere in caelum; tum quia de facili scandalari possunt praelati, si a subditis corripiantur. Sed hoc nihil est; quia praelati, in quantum peccant, non sunt caelum, et secundum hoc eis correptio debetur; nec iterum qui eos caritative corripit, in eos os ponit, idest contra eos, sed pro eis, quia ad utilitatem eorum eos admonet; nec iterum presumere debet quis de praelato quod injuste scandalizetur, nisi contrarium constet, quia ipsi sunt in statu perfectionis; scandalum autem passum non convenient perfectis, sed pusillis. Et ideo dicendum est, quod praelatus ex hoc quod est persona publica, et vicem Dei super subditos gressens, non amittit ea quae sunt propria illius singularis personae; et ideo omnis illa quae debentur alicui ex affectu fraterno, qui ad omnes homines habendus est, etiam praelato debentur, sicut etiam ipse alius debet ea quae affectus caritatis expostulat; nec ab his ratione praelectionis excusat. Et ideo, secundum alios, praeceptum de fraterna correptione etiam ad praelatos se extendit, ut corripiantur a subditis; et siue ea quae sunt caritatis ad subditos praelatus taliter gerere debet, ut nullum auctoritatem praecuditum generetur; ne dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas, ut Augustinus dicit (in Regula, ut sup.); ita correptio ad praelatos taliter debet fieri, ne aliquid reverentiae subtrahatur; et ideo dicitur 1 Timoth. 5, 1: *Seniorem ne incepaveris, sed obsecra ut patrem.*

Ad primum ergo dicendum, quod Paulus in faciem Petro coram omnibus restituit, sicut ibidem dicitur. Ille autem exceedit modum fraternalis correptionis, quae praelatis a subditis debetur. Non enim praelati a subditis coram multitidine, sed humiliiter in privato corripiendi sunt, nisi immineat periculum fidei; tunc enim praelatus minor fieret, si in infidelitatem laberetur, et subditus fidelis major.

Ad secundum dicendum, quod monachus illeretur de hoc quod injuste corripiunt sacerdotem recte agentem, et de hoc quod correptionem usque ad correptionem extendit poenam inferendam, quia sacerdotem pereussit, et eum ab Ecclesia amovit. Quanvis autem praelati sint corripiendi a subditis; non tamen est eis poena infligenda, sed recurrentum ad superioriorem denuntiando; vel si non habet superiori, recurrit ad Deum, qui eum emendet, vel de medio subtrahat.

Ad tertium dicendum, quod tangere arcam non erat levitarum, sed sacerdotum; et ideo Oza percussus fuit, quia officium superioris usurpavit. Sed fraterna correptione non sequitur officium, sed affectionem caritatis; et ideo non concludit ratio de fraterna correptione, sed de correptione quae est a praelatis adhibenda, quam subditus praelatus non potest adhibere.

Ad quartum dicendum, quod Gregorius prohibet iudicium temeritatis, ne scilicet aliquis praelatorum facta de facili in malum convertat, vel de eis coram aliis obloquatur; non autem iudicium fraternalis correptionis prohibet eum reverentia factum.

Ad quintum dicendum, quod quanvis presumptuosum sit quod aliquis simpliciter se alteri praeferas in bonitate, praeceps sancto viro; tamen non est presumptuosum quantum ad aliquid factum,

si praelatus non faciat illud (1), de se meliora sentire.

ARTICULUS III.

Utrum oporteat, quod fratera admontio praecebat denuntiationem Ecclesiae faciendam — (2-2, qu. 55, art. 7 et 8.)

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur, quod non oporteat quod fratera admontio praecebat denuntiationem Ecclesiae faciendam. Qui secundum Augustinum in lib. de Mendacio (cap. 13), ex factis sanctorum colligimus quid in Scripturis sentire debeamus. Sed Christus denuntiavit Iudeam discipulis ante admontionem factam, ut patet Joan. 15; similiter Petrus damnavit Ananiam et Saphiram ante aliquam admontionem, ut patet Act. 5; similiter Paulus reprehendit Petrum coram omnibus, nulla monitione secreta precedente. Ergo videtur quod non semper admontio fratera debet praecedere denuntiationem Ecclesiae faciendam.

2. Praeterea, majori periculo magis debet homo obviare. Sed aliquando maius periculum imminet, si peccatum non publicetur, quam sit malum infamatio unius hominis: quia peccator latens potest multos corrumpere in fide vel moribus; quod non posset facere in publicum ejus peccato deducto: aut etiam infamatur multitudine, si peccatum unius de multitudine committit; nec talis infamia aboletur nisi per poenam peccati, quae non potest inferri, nisi peccatum ad publicum deducatur. Ergo non semper debet denuntiationem admontio praecedere.

3. Praeterea, accusare in capitulo est dicere Ecclesiae. Sed religiosi frequenter se invicem accusant in capitulo nulla admontione precedente. Ergo non oportet quod semper admontio denuntiationem praecedat.

4. Praeterea, gravior via procedendi contra criminis est si per accusationem vel etiam per inquisitionem procedatur, quam si per denuntiationem: quia etiam major poena infligitur. Sed aliquis potest procedere ad accusationem non precedente admontione, inquisitione tamen facta, sicut Iohannes III dicit in Decretali (2). Ergo nec denuntiationem oportet quod admontio praecedat.

5. Praeterea, nullus tenetur alteri obedire contra praeceptum divinum. Sed si praelatus praeceperit aliqui scienti crimen fratrius sui quod ei dicaret, teneretur dicere ante admontionem; et similiter si praeceperit illi qui crimen commisit: tamen praelatus peccaret quaerendo, quia secundum ordinem juris peccator in causa criminali ab eo qui accusatur. Ergo videtur quod non sit de necessitate praecepti quod admontio denuntiationem praecedat.

Sed contra est quod dicit Glossa (Beda et Rabani) Math. 18, super illud: *Si peccaverit in te, etc. Hoc ordine vitare scandala debemus.* Sed debitum est ex praecepto obligante. Ergo ordo correptionis est in praecepto.

Praeterea, propter hoc fraterna correptione est in praecepto, ut homo fratrem suum a peccato eripiatur. Sed quandoque fratri daretur peccati occasum.

(1) *Ali. quantum ad illud de se est. Nicolai etiam illud.*

(2) *Nempe Decretal Extra de accusationibus ex Concilio Lateranensi generali, sub finem Decretalium (Ex edit. P. Nicolai).*

sio, si statim in publicum proderetur; unde Glossa (Hieronymi) dicit ibidem: *Corripe ipsum inter te et ipsum solum, ne publice corruptus verecundiam perdat, qua perdita in peccato remaneat.* Ergo secundum necessitatem praecepi debet admontio privata denuntiationem praecedere.

QUAESTIUNCULA II.

Ulterius. 1. Videtur quod inconvenienter in ordine correptionis ponatur testium induetio. Quia aut iste correptionis ordo intelligitur de peccato publico, aut occulto. Si de publico, non oportet inducere testes, quia manifestum est. Si de occulto, non oportet manifestari nescientibus, quia si esset homo proditor criminis. Ergo videtur quod nullo modo testium adhibitus requiratur.

2. Praeterea, Augustinus dicit in regula, ubi ordinem fraternae correctionis ponit, quod alii (scilicet testibus) peccatum fratri demonstratur, per quos convincendus est, si negaverit. Sed aliquis non potest convinci per unum testem, quia in ore duorum vel trium testium debet stare omne verbum. Ergo inconvenienter dicitur quod testis unus vel duo adhibeantur; quia semper debent esse duo ad minus.

3. Praeterea, corripiet etiam debet fieri de peccato somel facto. Sed ad illud quod jam factum est, non possunt adhiberi testes, ut videant qui non viderunt: quandoque etiam non reiteratur de facili; aut si reiteratur, peccator sibi a corripiente cavyet, ne etiam ipse vide possit peccatum, nemud nisi alios inducat ad videndum: ne iterum debet ille qui peccatum fratri seit, ei dare aliquam occasionem peccatum iterandi, ut comprehendat possit, quia sic esset peccati particeps. Ergo videtur quod testium inductio non requiratur ad correptionem.

4. Praeterea, gravior via procedendi contra criminis est si per accusationem vel etiam per inquisitionem procedatur, quam si per denuntiationem: quia etiam major poena infligitur. Sed aliquis potest procedere ad accusationem non precedente admontione, inquisitione tamen facta, sicut Iohannes III dicit in Decretali (2). Ergo nec denuntiationem oportet quod admontio praecedat.

5. Praeterea, nullus tenetur alteri obedire contra praeceptum divinum. Sed si praelatus praeceperit aliqui scienti crimen fratrius sui quod ei dicaret, teneretur dicere ante admontionem; et similiter si praeceperit illi qui crimen commisit: tamen praelatus peccaret quaerendo, quia secundum ordinem juris peccator in causa criminali ab eo qui accusatur. Ergo videtur quod non sit de necessitate praecepti quod admontio denuntiationem praecedat.

Sed contra est quod dicit Glossa (Beda et Rabani) Math. 18, super illud: *Si peccaverit in te, etc. Hoc ordine vitare scandala debemus.* Sed debitum est ex praecepto obligante. Ergo ordo correptionis est in praecepto.

Praeterea, propter hoc fraterna correptione est in praecepto, ut homo fratrem suum a peccato eripiatur. Sed quandoque fratri daretur peccati occasum.

(1) *Nicola: Augustinus in Psalm. 140, super illud: Corripe me justus in misericordia, et arguit, sic sis: Argue me, sed in misericordia, et emendabit me, quia persequitur? Absit. Emendanda est potius ipse, si odio emendat. Quae ergo emenda? In misericordia, et arguit me, sed non odit; immo eo magis arguit me, quia non odit. In quo arguit? In misericordia etc. Ergo debet etc.*

QUAESTIUNCULA III.

Ulterius. 4. Videtur quod correptio quantum ad monitionem secretam debet esse dura. Math. 5, 7, et Lucae 5, 7, Joannes Baptista dixit: *Genimina viperarum; quae fuit durissima correptio.* Ergo videtur quod debet aliquis alterum dure corrigerre.

2. Praeterea, Tit. 1, 15, dicitur: *Argue illos.*

3. Praeterea, ad correptionem fraternalm incitat ira per zelum. Sed ira asperitatem habet. Ergo debet aliquis asperre corrigit.

Sed contra, Gal. 6, 1: *Vos qui spirituales estis instruite hujusmodi in spiritu lenitatis.* Ergo videtur quod non debet alius corrigit.

Praeterea, Augustinus (1) dicit (super Psalm.

140, 1): *Corripiat justus in misericordia, et ar-
guat.* Ergo debet esse lenis correptio.

SOLUTIO I. Respondeo dicendum ad primam questionem, quod secundum Philosophum in 5 Ethic., minus malum, ex hoc quod praeceligitur respectu magis mali, accipit rationem magis boni; et ideo medicus corporalis hominem, si potest, ab infirmitate totaliter liberat; si autem non potest, eligit minus malum, ut occurrat magis mali; sicut amputatur unum membrum, ne totum corpus inficiatur; et hunc ordinem Dominus servari praecepit, cum peccatoribus corripiendo spiritualiter medicarum. Peccator autem ex peccato due mala incurrit: innocentiae damnum, et famae dispendium: et ideo prius tentandum est ut taliter innocentia restituatur quod foma etiam conservetur. Sin autem, debet (1) negligi fama, ut conscientia reparatur, famae etiam dispendio subveniri, si aliter non potest, debet quantum potest; ut scilicet primo paucis, et postea multis crimen prodatur. Et ideo Dominus hunc ordinem corripiendi statuit, ut primo frater corripiatur secreto, ut sit et innocentiam recuperet, et famam non perdat: quod si haec medicina non fuerit efficax, debet paucis ostendi, ut non totaliter fama perdatur; et deinde si non corripitur, debet omnino fama negligi, et in publicum prodi: quod si etiam publica correptio vel admonitio non profuerit, debet omnino abscondi iudicio Ecclesiae, ut sit sicut ethnicus et publicanus (Math. 18). Et iudeo dicendum, quod sicut correptio fraterna cadit in praecepto, ita et correptio- nis ordo.

Ad primum ergo dicendum, quod in observa- tione praeceptorum semper ad intentionem prae- cipientis et rationem praecepti attendendum est. Ideo autem Dominus praecepit ut secreta admonitione publicam denuntiationem praecederet, ut exper- taretur emendatio vitae, et famae parceretur peccatoris: et quia Dominus sciebat Judaei non emen- dandum fore, si ipsum admoneret, sed magis exasperandum: quia non est probable quod verba moverent quem tot miracula visa non moverent; ideo ipsum non praemonuit: et quia etiam sciebat ex hoc forte magis exasperandum, et deteriori fieri. Nec tamen est simile de ipso et nobis: quia ipse secreta cordum sciebat, et futuros eventus, non autem nos; et ideo, nisi certissimis signis ap- pareat incorrigibilitas, et exasperatio ipsius futura, non debet fraterno admonitio praetermitti. De Pe- tro autem dicendum est, quod forte peccatum eorum erat publicum, vel statim publicandum: vel forte sciebat monitionem ipsius non valitatem: vel etiam consilio Spiritus sancti fecit ad terrorem, quia hoc competebat statui primitiae Ecclesiae, ne veniret eius auctoritas in contemptum. De Pa- lo autem patet responsio. Quis Petrus coram omnibus peccavit, ideo oportebat eum coram omnibus redargui. Hic autem ordo servandus est in peccatis occulis; unde dicitur (loc. cit.): *Si pec-
caverit in te, idest te solo sciente.*

Ad secundum dicendum, quod in peccatis con- siderandum est, utrum peccatum sit omnino occul- tum, aut ad notitiam aliorum devenerit, aut in promptu sit ut deveniat. Si autem peccatum jam ad notitiam aliorum devenerit, tune debet denun- tiari ei qui habet potestatem corrigendi, ut qui

sunt scandalizati de culpa, aedificentur de poena. Si autem nondum in publicum devenit, sed est in via deveniendi; tune etiam denuntiandum est, ut scandalo futuro occurratur. Si autem sit omnino occultum, tune considerandum est, utrum emen- datio peccantis expectari probabiliter possit, aut non; quod quidem facile adverti poterit, si consideretur utrum aliquis ex electione vel passione peccavit, sive ex malitia vel infirmitate, quod idem est; quod quidem perpendi potest ex conditione peccantis, et ex iteratione actus. Quia si aliquis fre- quenter et quasi improhibite sine freno in aliquod peccatum lapsus est, signum est quod ex malitia vel electione peccat, et non facile emendetur. Si autem semel occasione peccandi oblata, in peccatum ruit, et postea tristitiam et verecundiam de peccato ostenderit, signum est quod sit peccatum ex passione vel ex infirmitate, et quod de facili emendetur. Si ergo emendatio sperret, debet admonitio praececedere, et denuntiatio differi quoque videatur quomodo emendatur peccator; nisi forte im- minoreret occasio similis in peccatum ruendi, quam tam- men declinare non vellet admonitus; tune enim debe- retrpraefato denuntiari, ne in praeceptum iret. Si autem non sperret emendatio, tune considerandum est, an illud peccatum sit infectivum aliorum, sicut est haeresis vel fornicatio, vel aliquid hujusmodi; aut etiam cedat in aliquod damnum alterius, sicut fur- tum vel homicidium, et hujusmodi. Si enim non cedat in damnum alterius, nec sit infectivum peccatum, tune potest denuntiatio differi quoque videatur admonitionis effectus, praecepit si emen- datio promittit. Si autem est infectivum alio- rum, debet denuntiari praefato, ut gregi suo caveat. Sicut enim dicit Hieronymus (Origenes), quae misericordia est parcere uni, et multos in discrimen adducere? Polluitur populus ex uno peccatore, sicut ex una ova morbida universus greci. Semper enim bonus multorum debet praeferri bono unius. Unde etiam fama unius negligi debet, ut innocencia vel fama multitudinis conservetur. Si autem vergat in damnum corporale alterius, debet fieri comparatio illius damni ad damnum famae istius, et illi damno quod praeponderat obviandum magis.

Ad tertium dicendum, quod de levibus peccatis non surgit infamia nec scandalum, et ideo de ta- libus non est vis, si quis in capitulo accusetur, admonitione praetermissa: nisi forte probabiliter credi possit quod tali accusatione magis deteriorat qui corrigitur; et collegio etiam non nullum pro- sit, cuius bonum semper praeponendum est bono unius; unde et aliquando, etiam si peccantis emendatio non expectetur, potest aliquis coram multitudine accusari, si profectus multitudo cre- dat: sed de peccatis ex quibus posset infamiam surgere, non debetur aliquis in publico accusari, nisi alius praemissis quae ordo fraternae correptionis depositi; et graviter peccaret accusans, sicut fratrem suum infamans.

Ad quartum dicendum, quod etiam ad accusa- tionem, ut quidam dicunt, procedi non debet se- cundum forum conscientiae, monitione non prae- missa, nec emendatione expectata, nisi forte majori periculo obviandum videatur, aut peccatum sit pu- blicum; quamvis secundum forum causarum non requiratur quod accusationem praecedat admonitio, sed solum inquisitio. Inquisitio vero non est facien- da nisi de notorio peccato; quia oportet quod in-

quisitionem praecedat clamosa insinuatio: et ideo secreta admonitio non requiritur de necessitate. Vel dicendum secundum alios, quod in accusatione non agitur ad emendationem peccantis, sed ad bo- num commune, scilicet justitiam conservandam per punitionem delinquentis; et ideo accusatio in judi- cio bona conscientia potest fieri, etiam si admonitio non praecebat, nec est contra praeceptum Domini, quod intelligitur, quando agitur ad emen- datio peccantis.

Ad quintum dicendum, quod praeceptum aliqui factum a praefato suo de peccato alterius publi- cando in eo easu in quo publicari non debet, potest fieri vel in iudicio, vel extra iudicium. Si extra iudicium, peccat praecepit; nec ille cui praecepit, obediens tenetur. Si autem in iudicio ordine juris exigente judex alii praecepit ut peccatum suum vel alterius confiteatur, non peccat praecep- piendo, quia ipse non exigit, sed accusans cui judex jus reddere debet; et tune tenetur quis profiteri ad praeceptum iudicis peccatum suum, vel alterius; vel appellare, si contra ordinem juris et praecep- piat; et tune publicans peccatum occultum, vita- meus malum, scilicet disciplinae juris enravementum. Tamen judex deberet dissimulare quantum posset, ne tale praeceptum faceret salvo ordine juris, et praecepit in capitulo, ubi magis per aquitatem procedendum est quam secundum rigorem juris.

SOLUTIO II. Ad secundum quaestionem dicendum, quod quando medicina levis, a qua incipiendum est, non proficit, tunc debet medicus efficaciorum medicinam apponere; non tamen statim efficacissi- mam, sed paulatim procedendum: est, ut quanto minus potest fieri, gravetur ille cui medicari volu- lumus; et ideo si prima medicina, scilicet admonitio praecedens secreta, non prospicit, quia peccatum iterari videtur; oportet ad ultraiora procedi, ut paucis ostendatur, et talibus qui possunt prodesse, et quibus non creditor quod obsint diffamando; et illi principitaliter adhibentur ut admoneant; secundo ut admonitionis facta sint testes; tertio ut negan- tem coram Ecclesia convincant, ut Augustinus dicit in Regula: *Prius tamen, silicet quam in publicum prodatur, alteri vel tertio demonstretur, ut duorum vel trium possit ore convinci.*

Ad primum ergo dicendum, quod quidam di- cunt, quod iste modus corripiendi servandus est, quando peccatum non est omnino publicum nec omnino occultum, sed ab aliquibus scitur; unde dicunt, quod non possunt alii advocari, nisi qui sciunt, ad quos etiam pertinet correptio. Sic enim exponunt: *Si peccaverit in te, idest te solo sciente, frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucras es fratrem tuum. Si te non audierit, et nullus alius sciat, non debes ultra pro- cedere. Si autem aliquid alii sciunt, adhuc tecum adhuc unum vel duos. Sed hoc non videtur esse secundum intentionem Evangelii; quia si illi qui adhibentur, alias seviscent, non oportet eos adhi- beret ad videndum, sed statim per eos posset con- vinci.* Et praeterea Hieronymus (Origenes) dicit, quod non est misericordia parcere uni, et omnes in discrimen adducere; quod fieret, si peccatum quod est alius nocivum, non publicaretur ad correptionem. Unde patet quod si peccatum in alio- rum detrimentum vergat, debet alius dici, quantumcumque sit occultum; et etiam si non vergat in detrimentum alterius nisi in illius qui peccat, ut

patet secundum Augustinum in regula, ubi sic di- cit: *Innocentes non estis, si fratres vestros, quos judicando corrigerem potestis, tacendo perire per- mittatis.* Nec ex hoc aliquis efficietur proditor eri- minis; quia non manifestat crimen ad infamandum, sed ad corrigendum.

Ad secundum dicendum, quod unus testis in- dueatur ad admonendum, sed duo ad convincendum. Vel dicendum, quod ipse denuntians cum uno teste sufficit ad denuntiandum, quia per hoc fit aliqua presumptio iudicis; sed ad decisionem cause re- quiruntur duo testes.

Ad tertium dicendum, quod non potest intelligi quod aliquis ex praecedenti monitione non sit emen- datus, nisi per hoc quod actum iterat; unde ad hoc inducendi sunt testes, ut actum iteratum vi- deant, ut patet per Augustinum, qui dicit (ubi supra.): *Prius alteri, vel tertio demonstrandum, scilicet actum peccati.* Non tamen debet aliqua occasio praeberi ut peccatum iteret, intentione convincendi; quia non sunt facienda mala ut veniant bona; Rom. 5. Si tamen actus iterati ostendi testi- bus non possint, debent tamen adliberi, ut coram ipsis recognoscant, vel saltem ut ipsis admoneant, ut objurgatio plurimorum cum corrigat, ut ibidem Glossa dicit; et has duas causas Glossa interl. ex Hieronymo tangit ibidem super illud: *Adhuc tecum et studio scilicet corrigit vel convincit.*

Ad quartum dicendum, quod praeflate potest dupliciter considerari; aut secundum quod iudicio praesidet; et sic dicere praefato est dicere Ecclesiae; et sic prius debent testes adliberi quam praeflate dicatur; aut extra iudicium existens; et sic dicere praeflate non est dicere Ecclesiae, sed per- sonae que potest prodesse et non obesse; quia nullus magis potest prodesse quam praelatus; et secundum hoc debet prius dici praefato quam testi- bus ostendi alii, ut quanto minus potest fieri, publicetur; et tune praefatus adhibetur quasi unus de testibus. Talis enim debet esse ordo correptionis fraternae, quem Augustinus in regula tradit; ut cum quis oculi petulantiam, vel aliud peccatum quodcumque in fratre suo advertit, statim admonere debet, ne coepit progrediantur, sed de pro- ximo corrigitur. Quod si post admonitionem iterum vel tertio id facere videatur, tunc debet quasi vulneratus sanandus manifestari. Sed antequam in publicum prodatur, quod sit cum Ecclesiae dicitur, prius debet alteri vel tertio demonstrari, quod est adliberi unum vel duos testes; et inter eos quibus ostendi debet, antequam alii ostendatur, per quos convincendus est, si negaverit, prius preposito debet ostendi post admonitionem, ut secretus cor- ruptus non innoveret ceteris. Et ita primo debet admoneri; secundo praefato ostendi; tertio testes adliberi; quarto in publicum produci convincendus, si negaverit. Sed duo media Dominus sub uno comprehendit.

SOLUTIO III. Ad tertiam quaestionem dicendum, quod secundum Gregorium in Pastorali (part. 2, cap. 10), *nonnulla peccata sunt leviter corrigenda. Nam cum non malitia, sed ignoratio sola vel infirmitate delinquntur, necesse est ut magno mode- rum ipso delicti correpto temperetur. . . Nonnulla autem sunt vehementer increpanda, ut cum culpa ab auctore non agnoscatur quanti sit ponderis, ab increpantibus ore sentiantur; et cum quis sibi ma- lum quod perpetravit levigat, hoc contra se gravi-*

(1) *Ali. sic debet.*

ter ex corripienis asperitate pertimescat. Et quavis ille loquatur de correptione quea praelatis competit, tamen etiam in correptione quea ab aliis fit, hoc est observandum; quamvis fraterna correptionem semper magis debeat ad lenitatem accedere; quia non ex auctoritate officii, sed ex caritatis affectu exhibetur.

Et per hoc patet solutio ad objecta.

Expositio textus.

Moyses et Aaron sacerdos. Moyses sacerdos dicitur non officio oblationes offerendi, sed quia saera primitus populo dedit immediate a Deo accepta, Psal 98, 6: *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius.*

Cum esset pontifex anni illius, prophetavit. Scindunt, quod in verbo Caiphas fuerunt quatuor. Primo inspiratio immissa, per quam utilitas passionis Christi cordi eius inspirata fuit a Spiritu sancto; secundo intellectus quem ipse ex illa inspiratione concepit; tertio intentio exprimenti intellectum suum, et ad effectum perducendi; quartu verba ipsa prolati. Primum quidem fuit quedam participatio propheticæ; secundum fuit falsus intellectus a seipso; tertium fuit iniqua intentio: quantum fuit vera locutio, quamvis non secundum intellectum ejus; et ideo primum fuit a Spiritu sancto, non autem secundum, neque tertium; sed quartum aliquatenus fuit a Spiritu sancto regulante verba illius ut consonant inspirationi ab eo factae.

Nullus officio sacerdotis uti debet nisi immunis sit ab illis quae in aliis judiciali. Hoc intelligendum est de mortalibus: quia sacerdos potest sine peccato de illis veniamibus absolvere in quibus ipse

est: quia per ea non redditur executione officii indigens.

Ideo liberavit peccatorem, quia non erat qui justus projecteret lapidem; id est, ex hoc occasionem liberationis ejus sumpsit.

Diligens ergo investigator sapienter interrogat a peccatore quod forsitan ignorat, vel cerecunda vel occulta. Sed contra, defecerunt scrutantes seruini, qui scrutati sunt iniquitates, ut dicitur in Psal. 65. Ergo videtur quod sacerdos non debeat perscrutari conscientiam subditorum.

Et dicendum, quod sacerdos debet perscrutari conscientiam peccatoris in confessione quasi medicus vulnus, et iudex causam: quia frequenter quae præconfusione confitentia taceret, interrogatio revelat. Sed tamen in interrogationibus facieundis tria sunt attendenda. Primo ut quilibet peccator interrogetur de peccatis quae conserverunt in hominibus illius conditionis abundare. Non enim oportet quod a militi queratur de peccato clericorum aut religiosorum, aut a converso. Secundo ut non fiat explicita interrogatio de peccatis, nisi de illis quae omnibus manifesta sunt; de aliis autem adiumentibus peccatorum ita debet a longinquio fieri interrogatio, ut si commisit, dicat; et si non commisit, non addeat. Tertio ut de peccatis præcipue carnalibus non descendat nimis ad particulares circumstantias: quia hujusmodi delectabilia quanto magis in speciali considerantur, magis concupiscentiam nata sunt movere, ut dicitur in 3 Edie. (cap. ult.); et ideo potest contingere ut confessio talia querentes et sibi et confidenti noceat; et sic quandoque deficient in sua seruitio iniquitates scrutantes.

Maledicam benedictionibus restris, quae scilicet ita sunt vestrae quod non Dei.

DISTINCTIO XX.

De his qui in fine poenitentia.

Scindunt etiam, quod tempus poenitentiae est usque in extremum articulum vitæ. Unde Leo Papa (epist. 92, cap. 3, et refut. in Deer. dist. 6, cap.): *Nemo est de sperandis dum in hoc corpore constitutus est: quia non nunquam quod diligenter actatis (1) differt, consilio maturo perficit.* (2) Augustinus tamē de poenitentiam differentibus ita scribit (lib. 1, homiliarum, hom. 41): *Si quis positus in ultima necessitate, voluerit accepere poenitentiam, et accepit, et mox reconciliatur, et hinc vadi; fateor vobis, non illi negamus quod petet, sed non præsumimus quia hene hinc exit. Si secundum hinc extiterit, ego nescio. Poenitentiam dare possumus, securitatem vero non. Nunquid dico, Damocabatur? Sed nec dico, Liberabitur. Vis ergo a dubio liberat? Age poenitentiam dum sanus es. Si sic agis, dieo tibi quia sacerdos es: quia poenitentiam egisti et tempore quo peccare potuisti. Si vis agere poenitentiam quando jam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.* (3) Item (ib. paulo infra): *Due res sunt. Aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi sit futurum, nescio. Ergo tene certum, et dimite incertum.* (4) Sed quare hoc dixit Augustinus? cum poenitentia quea in fine agitur, in Psalmo (140) appelleatur sacrificium vespernum, quod erat acceptabilis in lege: et in quacumque die invocatur, Deus altit; et quacumque hora ingemuerit, et conversus fuerit peccator, vita vivet, et non morietur (Ezech. 18, 2). Sed illa dixit Augustinus propter illas qui poenitentiam quea in fine vita prostrabant, et tunc non ex Dei amore videntur poenire, sed timore mortis, quasi ex necessitate. Unde ideo (alias Auctor, de vera et falsa Poenit., cap. 17),

(1) In edit. Nicolai deest diligenter actatis.

quasi aperiens, quare superiora dixerit, ait: *Nullus expecta quando peccare non potest. Arbitriri enim libertatem quae-rit Deus, ut deleri possint commissa, non necessitatim, sed caritatem, non tantum timorem (1); quia non in solo timore vivit homo. Quem ergo sero poenit, oportet non solum timere iudicium, sed diligere: quia sine caritate nemo salvus esse potest.* Non ergo tantum timet poenam qui poenit, sed auxiliari pro gloria (2). Quae conversio si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eis remissione. Sed quoniam vix, vel raro est tam justa (3) conversio, timendum est de poenitentia sero, maxime cum filii, quos illicite dilexit, sunt praesentes, uxori, et mundus ad se volet. Multos solet serotina poenitentia decipere. Sed quoniam Deus semper potest, semper etiam in morte juvare valet quos (4) placet. Cum ergo opus sit non ho-minis, sed Dei, fructuera poenitentia; inspirare eam potest et tempore quo peccare potuisti. Si vis agere poenitentiam quando jam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

(5) *Nicola:* Qui prins itaque a peccatis relinquitur quam ipse relinquat, ea non libere, sed quasi ex necessitate condemnat; et qui cum potuerunt, nunquam converti voluerunt, confitentes cum iam peccare nequeunt, non acquirunt quod volunt; scriptum est enim sine caritate neminem salvum esse. Quærer igitur Deum caritatem, et non tantum timorem etc.

(2) *Item.* Non timeatur pro poena, sed ametur pro gloria.

Convertisco qui vult omnino dimittere peccatum, et qui non tantum poenas tinet, sed bonum Domini contendere festinat. Quae conversio etc.

(3) *Item (seu tam subita).*

(4) *At. quibus.*

DISTINCTIO XX.

poenitentiae remedium. Sed magnum est cui Deus tunc inspirat, si quis est, verum poenitentiam. (Et cap. 18): *Sed si etiam sic conversus, vita vivat, et non morietur; non tamen primitus quod evadat omnem poenam. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud saeculum distulit fructum conversionis. Hic autem ignis, etsi aeterius non sit, miro modo gravis est; excellit enim omnem poenam quam unquam passus sit aliquis in hac vita. Nunquam in carne tanta inventa est poena, licet martyres. Nunquam passi sunt tormenta, et multi nequerunt iniqua saepe sustinuerunt supplicia.* (5) *Eis his sat ostenditur quam periculoso sit differre poenitentiam usque in finem vitae. Si tamen etiam tua vera habeatur poenitentia, hominem liberat, et vitam mortuam impetrat, non sic tamen ut nullam sentiat poenam; nisi forte tanta sit vehementia genitus et contritionis, quae sufficiat ad delicti punitionem. Licit ergo sit difficile ut tunc sit vera poenitentia, quae tam sera venit, quando crucifixus est membrum ligat, et dolor sensum opprimit, ut vix homo aliquip cogitare vadeat, melior est tamen sera quam nulla. Poenitentia enim si in extremo vitæ hiatus adiuvat, sanat et liberat. Multum sera fuit latronis poenitentia, sed non fuit sera indulgentia. Sed licet latro veniam meruisse in fine de omni crimen, non tamen dedit peccandi et perseverandi auctoritatem.*

De his qui poenitentiam non complent.

Si vero queritur de illis qui in hac vita poenitentiam non complent, utrum transiit per ignem purgationis, ut ibi quasi compleant quod hic minus fecerunt; item dicimus et de istis esse sentiendum, et de his qui in extremis poenitentia. Si enim tanta fuerit cordis contrito, et delicti expiatione, ut sufficiat ad puniendum peccatum, liberi ab aliis poenam transiit ad vitam, etsi inexplicata fuerit poenitentia quia perfecte penitentierunt, et ingeneruntur corde. Qui vero non adeo conteruntur corde, et ingeneruntur pro peccato, si super eum poenitentia decesserint, ignem purgatorium sentient, et gravius punientur quam si hie impensis poenitentiam. Horrendum est enim incidere in manus Dei viventis. (Heb. 10, 31). Deus enim, em si miseris et justus, ex misericordia poenitentis ignorat, non reservans peccatum ad poenam aeternam; ex justitia vero impunitum non dimittit delictum. Aut enim panit homo, aut Deus. Homo autem putat impoenitendo, Deus autem panit exigendo. Et est poenitentia interior, et exterior. Si ergo interior poenitentio fuerit tanta ut sit sufficiens ut post mortem peccatum, Deus qui novit, ab illo qui taliter poenit, alterius poenam non exigit. Si vero interior poenitudo non sufficiat in vindictam peccati, nec exterior poenitentia imploratur; Deus qui modis et mensuras peccatorum et poenarum novit, addit poenam sufficiens. Studet ergo quis sic delicta corrigit ut post mortem non oporteat poenam tolerare. Quedam enim peccata mortalia in poenitentia fiunt veniam, non tamen mox sanantur. Saepe enim infirmus moreretur, si non medicaretur; non tam statim medicatus sanatur. Langut victus, qui prius erat moriturus. Qui autem impoenitendo moritur, omnino moritur, et eternalem cruciatur. Si enim semper vivet, semper peccaret (Ex predicto lib. de vera et falsa Poen., cap. 18, et in Decret. ubi probat).

(6) *Notitiam per verba (1) vel alia quaeconque signa procedit cum sit coram illo cui dicitur (Psal. 57, 10): Genitio tuis mens a te non est absconditus; recte constitutum ab his qui Ecclesiæ præsunt, tempora poenitentiae, ut satisfactio etiam Ecclesiæ, in qua peccata ipsa remittuntur: extra eam quippe non remittuntur. Ipsa enim Spiritus sanctum pignus accepit, sine qua non remittuntur ulla peccata. Hieronymus (2) (ut referat dist. I de Poenit.): « Mensuram temporis in agenda poenitentia ideo non aperte satis praeficit canones pro unoquoque crimine, ut de singulis dicant qualiter unumquidem emendandum sit; sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuerunt; quia apud Deum non tantum valet mensura temporis, quantum doloris; nec abstinentia tantum dolorum, quantum mortificatio vitiorum. Ideo tempora poenitentiae pro fide et conversatione fideliem poenitentiam abbrevianda præcipiunt, et pro negligenti pretolanda; pro quibusdam tamen culpis modo poenitentia sunt impositi.»*

Quod morientibus non sit imponenda satisfactio, sed innovescenda.

Sicut etiam queri, utrum satisfactionis lex morituris si imponenda. De quo Theodorus Cantuaricensis Episcopus in poenitentiali suo sic ait: « Ab infirmis in periculo mortis positis (3) pura inquirenda est confessio peccatorum; non tamen men est illi imponenda quantitas poenitentiae, sed innotescenda; et cum amicorum orationibus et elemosynarum largitionibus pondus poenitentiae sublevandum, si forte migraverint (4). Si vero convulerint, poenitentia modum a sacerdote impositum diligenter observant. Aliis vero pro qualitate peccati poenitentia decerpenda est praesidentium arbitrio.» Unde Leo Papa (5): « Tempora poenitentia habita moderatione constituta sunt tuo iudicio, prout convenienter animis perspecteris esse deo. Pariter etiam habere debet actus sensilis intuitum, et respicere perueniendum quorumcumque vel aegritudinum necessitates » (6).

In necessitate non est neganda poenitentia vel reconciliatio.

Scindunt etiam, quod tempore necessitatis non est neganda poenitentia vel reconciliatio poenitentibus. Unde Leo Papa (7): « His qui tempore necessitatis et periculi urgentis instanter praesidentia poenitentiae et munus reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda; quia misericordia Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. Quod si ita aliqua aegritudine aggravata sunt ut quod paulo ante posecant, sub praesentia sacerdotis significare (8) non valeant, testimonio eis fidelium circumstans protulisse debebunt, ut simul (9) poenitentia et reconciliationis consequentur beneficia.» Item Julius Papa (10): «Si presbyter poenitentiam abnegaverit morientibus, reus erit animarum: quia Dominus ait (Ezech. 25, 27): «Cum conversus fuerit, tunc salvis erit. Vera enim confessio et ultimo tempore potest esse: quia non modo temporis, sed etiam cordis Deus inspectus est, siue latro probat.»

Quod presbyter non reconciliet inconsulto Episcopo nisi in necessitate.

Non debet tamen presbyter poenitentem reconciliare inconsulto Episcopo, nisi ultima necessitas cogat. Unde in Carthaginensi Concilio (11): « Presbyter inconsulto Episcopo non

(1) *Ali. nisi per verba.*

(2) *Quod subjungit ex Hieronymo, et cap. Mensuram sie notatur, nec apud illum ulli extat, et ex antiquo poenitentiali sumptum potius esse, appendix quoque ibi addit (Ex edit. P. Nicolai).*

(3) *Nicola:* ne obligati (vel obnoxii) poenitentia et consilto venias fiant alieni. Si vero divinitus a periculo illo eripi convaluerint etc.

(4) *Epist. 79, cap. 6 (Ex edit. P. Nicolai).*

(5) *P. Nicolai:* ne obligati (vel obnoxii) poenitentia et consilto venias fiant alieni. Si vero divinitus a periculo illo eripi convaluerint etc.

(6) *P. Nicolai:* ne obligati (vel obnoxii) poenitentia et consilto venias fiant alieni. Si vero divinitus a periculo illo eripi convaluerint etc.

(7) *Epist. 81, plenus quam hic et in Decreti textu causa 26, quest. 8, cap. His qui, ut et prior Appendix ex cap. Tempora (Ex edit. P. Nicolai).*

(8) *Ali. sub praesente significare.*

(9) *Ali. simile.*

(10) *Referunt in Decretis causa jam indicata cap. Si presbyter (Ex edit. P. Nicolai).*

(11) *Nempe tertio cap. 32 (Ex edit. P. Nicolai).*